



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. LI. Reatina fideis commissi de Solidatis. De eadem materia vocationis familiæ, An conveniat effectivæ tantùm, vel etiam contentivæ, de æquali; Et an ratio conservationis bonorum in familia ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

tunc probanda est descendencia in genere ab eodem stipite; Potissime verò ubi concurrat diversitas patrie cum longo non usu hujusmodi præminentiarum particularium, cum tunc, probata etiam descendencia ab eodem stipite, non de facili admittantur illi de diversa patria. Ut restricta illa facilitate, cum qua processum esse habemus in aliquibus antiquis decisionibus Sacri Consilii Neapolitani apud Franchum & alios, docet moderna praxis in aliquibus nobilibus familiis sparsis per Regnum, docentibus de descendencia ab eodem stipite, à quo descendunt illæ quæ gaudent in Sedilibus Neapolitanæ Civitatis, quoniam prodire solent decisiones declarantes, esse quidem de eadem familia, sed non gaudere præminentia sedilis, ita per longum non usum amissis; Ad quod conferunt ea quæ habentur in dicta Pistorien. jurisprætoratus de Rubeis seu de Rosis sub tit. de jurepatronatus, ubi de eadem familia descendente antiquitas ab eodem stipite, divisa ratione loci, quod una remansit in Civitate continuando in præstina nobilitate, altera verò per moram in loco parvo & obscuro fortè constituta in statu non adeo nobili & qualificato.

- 8 De conf. 636. Decii, & quando ratio adjecta præfationi, in ducat, vel ampliet fideicommissum.
9 Datur distinctio in eadem materia.
10 De aliis casibus super puncto vocationis, & contentiva.
11 Vbi adjectum nomen proprium, seu adjectum præfationi dicitur vocata etiam contentiva.
12 Quod sit questio facti potius quam juris, & quando decidenda.

DISC. LI.

Andreas de Solidatis, scriptis hæreditariis filiis cum fideicommissio perpetuo, & defunctivo ad favorem descendencium masculorum, plurimam adjectam alienationis prohibitionem, & restricta ratione, ut ejus bona semper & perpetuo in familia & agnatione conservari & permanere deberent, dispositione sic stante, cum familia effectiva descendencium testatoris, vel extincta esset, ejus extinctio immineret, pro veritate conditionis sui, forsan ex parte collateralium & de familia contentiva, An fideicommissum haberet ulterius progressum ad eorum favorem, vel potius contentiva effectiva terminaret.

Attento fideicommissio dispositivo expresso nato in casu mortis, quando non adesset dicta adjecta prohibitioni alienationis pro perpetuum conservacione in familia & agnatione, non esse dixi, juxta magis communem opinionem in foro receptam, quidquid in Scholis & Academiis in ratione disputativa juxta aliam opinionem posset, regulariter non concurrentibus dictis voluntatis indicis, & conjecturis, etiam si fideicommissum in familia ordinatum esset, nisi de sola effectiva ipsius testatoris, quando in non verificabilis, quia nempe sobolem masculinam querit, vel primi hæredis gravati, quem familiam pitem constituit, non autem extendi ad contentivam juxta doctrinam Bart. in l. pero §. fratres num. 1. de legatis secundo, quam antiquioribus relatis sequitur Ruin. conf. 153. lib. 2. Paris. conf. 1. num. 5. & sequen. lib. 2. & ceteri collecti per Fusar. quæst. 351. num. 4. sequen. usque ad 29. de Marin. resol. 132. lib. 1. etiam dicit magis communem & receptam esse hanc pro regula sæpius firmavit Rota præterea apud Merlin. decis. 669. alias decis. 15. par. 7. num. 362. n. 6 & sequen. par. 5. admittitur in Bonon. fideicommissi de Pancaldis 16. Februarii 1640. Rota & 10. Junii 1642. Cerro quamvis ibi pro familia contentiva decidatur, & latè ceteris relatis in Bonon. decis. de Coronis 28. Januarii 1647. & 26. Junii 1648. Cerro dec. 181. p. 11. rec. tibi firmando restrictam pro restrictione ad familiam effectivam hæreditariam gravati, declarantur dictæ decisiones Bonon. de Pancaldis & in aliis de facili cumulandis, quoniam hæreditas in foro & præsertim in Curia talis est regula.

Fortius autem id procedere dicebam in hæreditaria specie, Tum quia in parte dispositiva non agebatur explicite vocabulum generale familie, sed solum virtualiter & implicite stante vocatione masculinorum & descendencium masculorum, & sic in parte fortiori; Tum etiam quia in dicta ratione contentiva ampliatio defumebatur, aderat proponendum quod importat restrictionem ad solam effectivam, ex latè collectis per Fusar. d. quæst. 351. num. 27. in dicta decis. 362. num. 8. p. 5. rec. Et clarius quia in dicta alienationis prohibitionem concedendo facultatem permutandi, tam filiis quam aliis vocatis contentiva conditionem, dummodo fiat in evidentem utilitatem

RE ATINA FIDEICOMMISSI DE SOLIDATIS

PRO
SOLIDATIS

Responsum pro veritate.

De eadem materia vocationis familiaris, An conveniat effectiva tantum, vel etiam contentiva, & quali; Et an ratio conservacionis bonorum in familia adjecta prohibitioni alienationis, vel alteri dispositioni ampliet fideicommissum ad personas vel casus non expressos, itaut veniat etiam familia contentiva, quamvis vocatio dispositiva soli effectivæ conveniret.

S V M M A R I V M.

- 1 Acti series.
- 2 Vocata familia censetur regulariter vocata solum effectiva, non autem contentiva.
- 3 De argumentis, ex quibus clarius intrat dicta regula.
- 4 Vocabulum familiaris de sui natura continet tam effectivam quam contentivam.
- 5 Fortius ubi verbum familiaris copulatum est cum verbo agnationis.
- 6 Vel ubi adest dictio in perpetuum, ut tunc ratio contentiva agnationis extendat fideicommissum ultra personas expressas.
- 7 Vbi prohibitio alienationis est personalis, tunc ratio illi adjecta, quantumvis ampla, non ampliat fideicommissum ultra personas vocatas.

et commodum permutantium & illorum familia, unde clare desumi videbatur voluntas, quod quando testator de familia loquutus est, intellexit vel de propria, vel de illa filiorum; Ac etiam quia in parte proemiali ex qua receptum habemus voluntatem seu causam finalem disponendi de sumi, expresse declaravit ejus intentionem esse conservandi bona in suos filios ac descendentes suae familiae masculos, atque ad hunc effectum decrevisse eadem bona strictissimo fideicommissio supponere, unde propterea intrare videbatur regula textus in l. ille aut ille ff. de legat. 3. quod in claris & expressis non intrant praesumptiones & argumenta.

Tota igitur dubitandi ratio consistebat in dicta ratione assignata prohibitioni alienationis cum verbis nimis amplis ac effrenatis super continua & perpetua conservatione bonorum in familia & agnatione, quod quod ita resultet nova dispositio praecedentis ampliativa, & consequenter vocata censetur universa familia tam effectiva, quam contentiva, cum tale vocabulum de sui natura aptum sit utramque complecti, ut contra Ruinum ubi supra & alios probant Mantio de tacit. lib. 8. tit. 12. num. 12. Perreg. de fideic. art. 22. num. 26. & conf. 149. lib. 5. Decian. conf. 86. lib. 3. de Marim. dicta resol. 132. in fine Rota decis. 193. par. 1. recent. & in allegatis Bonon. fideicommissi de Pancaldis coram Panciolo & Cerro, & non negatur in d. Romana fideicommissi de Coronis & in aliis ibidem recensitis Fortius verò concurrente utroque vocabulo insimul cumulato familia & agnationis, ut in specie advertitur per Decian. d. conf. 86. nu. 28. & sequen. Perreg. d. conf. 149. num. 22 & per alios relatos à Fusar. d. quest. 351. num. 40 Concurrentibus etiam verbis perpetuitate denotantibus, quae nimium in proposito ponderari solent juxta decisionem in Perusina fideicommissi de Bigazzinis coram Litta impress. post Giovagn. conf. 75. n. 71. cum sequen. lib. 1. & admittitur apud Celsum decis. 228. nu. 14.

His tamen non obstantibus. contrarium mihi probabilius videbatur, ita fortè contra ipsos requirentes respondendo ex eo potissimum fundamento, quod ceteris relatis nimium ponderatur apud Celsum d. decis. 228. num. 5 & 14. ac per totum & in dicta Romana fideicommissi de Coronis coram Cerro, quod prohibitio non erat realis vel indefinita, sed erat personalis, ibi quod nullus dictorum institutorum & substitutorum alienare posset, unde propterea intrare non videbatur necessitas assumendi inspectionem, quae ut infra potius est facti & applicationis, quam juris, super distinctione deducta ex magistra hac famigerato consilio 635. Decii, an ratio stare accessorie, & consequentè in eadem ratione tanquam simplex vestimentum prohibitionis, vel potius principaliter ac independenter per viam novae periodus, seu orationis independentis stantis de per se super quo adeo scribentes se involvunt, ponderando an talis ratio praecedat vel sequatur, & an oratio sit perfecta vel imperfecta, sive concepta sit cum litera majuscula, cum similibus frigiditatibus, de quibus decis. 300. par. 1. rec. & in allegatis decisionibus in Bonon. fideicommissi de Pancaldis, & Romana fideicommissi de Coronis & similibus, cum revera quaestio sit magis facti super verisimili voluntate desumenda ex toto contextu testamenti, totaque dispositionis massa insimul unita, ac etiam ponderatis aliis facti circumstantiis resultantibus à quali-

tate testatoris ac familiae, qualitate bonorum, more regionis & similibus, & sic attendendo substantiam verisimilis voluntatis, non autem formulam verborum, seu formalitatem scripturae, cum hac frequentius à casu ex inadvertentia Notarii, vel Scriptoris, quam à praedestinatione voluntatis resultare soleant, ita ex dicta prohibitionis personalitate aliis plusquam urgentibus non concurrentibus, planum videbatur rationem protrahendam non esse ultra personas, quibus prohibitio facta erat.

Praeterea, ut bene conciliando auctoritates & decisiones, quae invicem pugnare videntur, advertitur apud Celsum dicto dec. 228. quae videtur in materia magistralis, Aut agitur ad effectum inducendi fideicommissum conservatorium seu poenale cum purificatione substitutionis ordinatae in casu alienationis, & de facili admitti potest dicta extensio eodem modo, quo ad hunc effectum non curatur de dicta distinctione, An ratio adjecta prohibitioni sit principaliter vel consequentè, ut habetur infra in Faventina disc. 53. & in Civitate Castellana fideicommissi disc. 158. & in aliis; Aut ad effectum inducendi novum fideicommissum restitutorium in casu mortis, & tunc dicta distinctio, An ratio sit principaliter vel famulativè juxta dict. consil. 636. Decii, rectè attenditur, quando nullum praecedat fideicommissum expressum, & dispositivum in casu mortis, sed ex hujusmodi ratione deducitur, secus autem ubi illud expressum & dispositivum praecedit ad certas personas restrictum, tunc enim quia esset inducere formalem ampliationem seu extensionem ad diversum genus personarum vel ad diversos casus, regulariter prohibitam, illa non attenditur, nisi alia concurrant urgentes conjecturae suadentes diversam voluntatem, cujus revera ista est quaestio, ut generaliter sunt omnes ultimarum voluntatum.

Ac propterea in plerisque aliis causis, praemissis non obstantibus, contrarium pluries respondi praesertim in Eugubina fideicommissi de Emiliano, quoniam cum testator propria sobole careret, unde propterea verificabilis non esset terminus familiae effectivae propriae, quamvis adhuc intraret regula pro familia effectiva haeredum institutorum, quos stipites constituit juxta dictam decisionem 669. Merlini, & in dicta decisione 181. par. 11. rec. attamen quia occasione prohibitionis alienationis, ac in aliis partibus direxerat verba in se ipsum vocando proximioris familiae de cippo ipsius testatoris, consequenter cessare dixi restrictionem ad solam familiam effectivam haeredum, cum ita perneceesse vocata censetur illa familia contentiva, quae ipsummet testatorem continet, solumque cadere potest difficultas circa distinctionem ex modernorum satis rationabili sensu, de qua disc. praeced. inter contentivam proximam, & contentivam remotam, quasi quod testator senserit de proprio cippo seu colonello discretivè ad familiam universalem, ex deductis plenè in materia per Altograd. conf. 95. lib. 2 & Andreol. contrav. 338. cum aliis dicto discursu praecedenti.

Et clarius quia vocabulo generali familiae adjecto vocabulum particulare & demonstrativum, vocando scilicet proximioris de familia de Emiliano, atque

LUCA
de
amentis
cat
CVI
9

atque in ea desiderando conservationem in ratione prohibitioni alienationis adjecta, quod in specie ponderatur in supra allegatis Bonon. fideicommissi de Pancaldi coram Panziolo & Cerro, Licet ista particularis adjectio non tollat dictam distinctionem cadentem inter contentivam proximam, & contentivam remotam, ubi praesertim adest dictum pronomen praecise denotans familiam propriam testatoris; Unde propterea pro meo sensu existente ista quaestione potius facti & voluntatis quam juris, in casu occurrentia, erroneum videtur procedere cum regulis & doctrinis generalibus, sed decisio desumenda est ex singulorum casuum particulari qualitate & circumstantiis, praesertim ex tractatu, & consuetudine testatoris, qualem scilicet familiam tractare, & cognoscere solitus esset tanquam suam & proximam discretè ab aliis ramis seu colonnellis, quamvis omnes inspecta antiqua origine dependentiam haberent ab eodem stipite, spectando tempus magis proximum, cum saepe experiamur, eandem familiam in eadem Civitate existentem, & quae pro certo pender ab eodem stipite, tractu temporis, ita in plures colonellos seu ramos dividi, quod unus non reputet proprium alterum, quamvis nulla intercedat discretio adjuncti vel insignium, potissimum verò in concursu, & in ratione praelativa; Ideoque totus punctus est in indagando illius testatoris particularem voluntatem, ex illius facti particulibus circumstantiis.

ROMANA LEGATI DE CARAFIS

INTER

CARD. CAROLVM CARAFAM

ET

FRANCISCVM CARAFAM
Prælatum.

Discursus arbitramentalis.

De eadem materia dispositionis factæ ad favorem familiae, sub cuius nomine non dubitetur venire contentivam, An veniat universa familia non curata distinctione adjunctorum, seu alia diversitate, vel potius veniat tantum illa pars familiae, de qua erat testator; Et an talis dispositio sit dividua vel individua, itaut conveniat omnibus de fami-

lia tunc extantibus, vel potius tantum, & cui; Et in specie de dispositione facta ad favorem Cardinalium, & Prælatorum de familiae tempore, an unitantum, vel omnibus conveniat.

S V M M A R I V M.

- 1 **F**Acti series.
- 2 Resolutio.
- 3 Numerus pluralis conveniens pluribus non est proprius gradus ad unum.
- 4 Dicitio copulativa, Et, denotat concusum plurimum.
- 5 Vocato proximior veniunt omnes in eodem gradum si plures.
- 6 Fallit si ex testatoris voluntate ad sit individua, ex natura rei.
- 7 De materia quando numerus pluralis resolutio singularitates, vel è contra.
- 8 Ponderantur conjecturae & circumstantiae individuitatem, & quod dispositio non est conveniat.
- 9 Quid propriè contineat legatum vel dispositio agitur.
- 10 Conciliatur elocutio in numero plurali.
- 11 Respondetur ad dictionem copulativam de numero 4.
- 12 Copulativa quandoque resolvitur in alternationem.
- 13 Remotior admissus non excluditur per proximior & prædictum postea venientem.
- 14 Vocato proximior ad rem individuaam censetur plures ejusdem gradus vocatus primogenitum, natu major.
- 15 De conjecturis seu circumstantiis ob quas cardines Cardinales antelati Prælatis.
- 16 Vocat illis de familia etiam contentiva, quæ veniant illi de familia distincta ab illa testatoris aliquod adjectum.
- 17 Declaratur quando id procedat, & an applicetur ad casum.
- 18 Quid ad effectum pralationis inter personas de eadem familia.

D I S C. LII.

Cardinalis Petrus Aloysius Carafa de Anagnino Marchionum Anzii secundogenitum natus Ducum Nuceriae, de illa parte & familia Carafa, quæ dicitur de Stattera, piissimè ut testatur vixit, moriens in Conclavi, celebrato per eum Innocentii X. de ordine eorum, qui crederentur Pontificiæ Dignitati proximi, Testamentum edidit cum prudenti & felici cogitatu, cum tamen infelici ac involuta ejus explicatione, in enim dispositione de aliqua notabilis ejus assignate ad favorem, tam Ecclesiæ Tricaricentis, quæ longum tempore fuerat Episcopus, quam quorundam Ecclesiarum Abbatialium seu simplicium in Commendam seu titulum obtinuerat, res inter divisit, medietatem relinquendo Principi Barberinensi ejus ex fratre pronepoti dictæ domus Aragonum seu capiti, tanquam per quædam speciem restitutionis ejus quod in munere Aloysii Colonienis, aliisque Prælatibus muneratione propria domo obtinuerat; Aliam verò medietatem assignavit pro decore familiae Carafa.